
ANGELO DECEMBRIO.

Alle notizie che l'Argelati (1) ha potuto darci di questo erudito umanista fratello del celebre Pier Candido, notizie che purtroppo si riducono a ben poca cosa (2), siamo in grado di aggiungerne oggi alcune altre che ricaviamo da un curioso documento conservato nell'Archivio di Stato in Milano (3).

Trattasi di una supplica diretta dallo stesso Angelo Decembrio al Duca di Ferrara, nella quale racconta come, ritornando egli in Italia da un viaggio in Ispagna, nelle vicinanze di Tolosa venivagli rapito, dal Conte d'Armagnac, il bagaglio di vestimenta e libri che egli aveva affidato ad alcuni mercanti italiani, e fa istanza perchè lo si aiuti a recuperare il suo.

La data del documento che sfortunatamente manca, possiamo fissarla al 1467 circa, poichè vediamo in esso ricordata, come avvenuta l'anno precedente, la morte di Francesco Sforza che fu nel marzo 1466, pochi giorni dopo aver promesso al nostro Angelo di procurargli la restituzione degli oggetti rubatigli.

(1) *Bibliotheca Script. Mediol.*, T. I, P. II, col. 547.

(2) Cioè che egli nacque a Milano, non si sa in che anno, e fu gratissimo ai Signori di questa città, alla Corte dei quali visse molto tempo assieme al padre Uberto e al fratello maggiore Pier Candido, e che gli fu affidata dallo Sforza un'ambasciata presso il Pontefice Pio II. Al quale in seguito egli dedicò la sua opera principale *De Politia Litteraria libri VIJ*, che aveva divisato di presentare a Leonello d'Este Marchese di Ferrara suo Mecenate, ma questi moriva prima che il lavoro fosse terminato. Sconosciuto l'anno e il luogo della morte di Angelo.

(3) Classe autografi, cart. XV.

Ma vediamo senz' altro com' egli stesso racconta l' accaduto.

Illustrissime Ducali tue Celsitudini

Recurrit supplex Angelus Decembrius Mediolanensis civis alumnusque ferrariensis, idem qui superiore anno ex Hispanijs huc appulsus, opus Celsitudini tue inscriptum attulit *Artis Oratorie* (1), in quo laudes precipue huius celeberrime urbis tue, principum litteratorum, et in primis Illustris fratris olim tui Domini Leonelli perpetue memoriae commendavit. Pro cuius operis exhibitione preclara tua Magnanimitas aurea L^{ta} liberaliter elargita est. Nunc autem dictus supplicans, non causa pecuniam aucupandi aut vestem more histrionico, tametsi pecunie subsidio vehementer indigeat, sed summa necessitate sua recuperandi coactus, aliud opus metricum et facetum *de matronalibus ingenijs* (2) Illustri Domino Domino Nicolao Estensi reportavit, et duas elegias, partim de laudibus huius inelyte domus Estensis et huius urbis pacifica felicitate, partim de miserabili calamitate dicti Angeli que sibi indignissime contigit anno superiore. Casus eiusmodi fuit. Ex Hispanijs in Italiam remigrans Angelus ac primum ad hanc urbem Celsitudinemque tuam contendens, ut predicta hic eius opera manifestaret, omnes alios eiusdem libros, omneque vestis et rerum suarum impedimentum pretij ultra ducatos CCC, ut apparet sigillatim in adherenti descriptione in comitiva quarumdam aliarum sarcinarum ex Aragonia per ulteriorem Galliam transitararum, commiserat, que simul omnes apud Lugdunensem nundinationem conveli deberent. Ex Lugduno subinde dictus supplicans per mercatores Italicos intra Bononiam transvehendam sarcinam suam instituerat. Sed inter hec Comes Armeniaci, explorata sarcinarum et future prede quantitate, dispositis per sua loca satellitibus armatis, omnes simul arripuit, que tunc causa fuit contra Regem suum bellum inferendi. Ita muliones spoliati ad suos mercatores in Aragoniam refugerunt qui ut potuere ballas suas redemerunt, sarcina vero infelicissimi supplicantis substitit domino suo et procuratore carens. Quam spoliationem nisi iam exactis plerisque men-

(1) L'Argelati, l. cit., dandoci l' elenco delle opere del nostro Decembrio non cita questa, ma sospetto che si tratti della stessa opera, già citata, *De Politia litteraria* o di una parte di essa che tratta appunto dell' arte oratoria.

(2) L'Argelati cita: *De Matronali Oeconomico lib. V, carminibus exarati*, ma non pare si tratti della stessa opera.

sibus Angelus persentire non potuit. Et sic Bononie res suas opperians et vana spe delusus, primum litteras impetravit a ducale Celsitudine tua ad illum Comitem directas, uti sue res ilico redderentur, sed dispendij opportunitate diffidens, putansque sibi commodius eventurum cum suffragio Illustrissimi Ducis Mediolani Francisci Forcie, a cuius Celsitudine Comes ille Mediolani munifice fuerat hospitatus, ad dictum Principem contendit, qui repente opem se daturum pollicitus est per legationem Magnifici sui consiliarij Domini Alberici Mallete ad Regem Gallieum, sed sic eius principis fato infortunioque supplicantis contigit, ut eodem mense dux illo moreretur legatioque illa sublata, multumquo temporis frustratum in novarum rerum trepidatione, in qua nihil de calamitate Angeli provisum est. Demum cum littere Mediolanensium Principum, una cum ducalibus tue Celsitudinis litteris in regiam curiam sepo mitterentur et precipue ad quendam ibi ducalem provisorem Io. Petrum Panigarolam qui de omni remedio in rerum restitutione diligenter inquireret, nondum responsa sunt habita. Sic desperata omnium aliorum principum opitulatione supplicans, et in sola Celsitudinis tue commiseratione et liberalitate confidens, opem implorat miser, ut veteri clienti suo, huius urbis preclarissime tuarumque laudum et immortalitatis studiosissimo, clementer suffragari dignetur, pro mittendo aliquo nuncio vice procuratoria dicti Angeli cum litteris opportunis et rerum ablatarum inventario, ad comitem dictum qui restituat ablata, atque ita restituat vel dispersa satisfaciat, ut non pro Angelo poeta Mediolanense sed pro Celsitudinis tue dilectissimo subdito carissimoque familiari satisfactum esse videatur. Nefarium quippe censebitur si tue clarissime domus observantissimus, ac prece benemeritus, non, tamquam histrio vaniloquus, a barbaris latronibus iniquissime spoliatus, nulla demum cum miseratione sublevetur. Sane libri ceteraque scripta carissima quorum precipue nulla adhuc exempla sunt edita, et que, horribile dictu est, ignorantium barbarorum cæthenis retineri, facili quidem impendio extorqueri poterunt, ut audio, cum sex aureorum redemptione. Quin etiam reliquum ornatus corporis instrumentum, tametsi pro supplicantis bene vestiendi consuetudine pretiosum, et ne utique deplorandum ab erudito viro, non tamen est omnino negligendum, sed eo impensius repetendum una cum librorum redemptione, quo magis ipse comes id sibi pretiosius et utilius vendicavit. Nempe vel omnia pariter libere reddenda sunt si forte integre custodierunt, aut si iam dispersa

et sortita sunt illa, tamen etiam iure militari satisfacienda. Sunt qui existiment illa prius satisfieri non posse litterarum nunciorumque ducalium transmissione quam Rex Gallorum et eius Reguli pacifice redigantur. Sunt et alij seorsum arbitantes rem supplicantis que privata sit, nihil ad publicum bellum seu latrocinantium insidias pertinere, posseque facillime iustissimeque Celsitudinem tuam vel ad restitutionem Comitum exhortari, vel si renuat pertinacius, his in locis in aliquem suorum suarumque rerum animadvertere carcere cathenis occupatione, dum insticia ministretur. Alioquin supplicans remanebit semper omni sua substantia et honore spoliatus: quod non putatur fore pro solite Magnanimitatis tue consuetudine.

Indicia et signa rapine et rerum ablatarum.

Tempus quando direpta fuit sarcina Angeli Decembrij ab armatis predonibus Comitum Armeniaci, fuit anno superiore mense maij tempore nundinarum in Lugduno.

Locus fuit apud villam dictam Rodes distantem a Tolossa circiter leucas XXV.

Pretones qui rapuerunt seu eorum ductores et primarij qui id iussu Comitum Armeniaci facere dicebant, fuerunt IIIJ videlicet Pamont de Bos, Cristofol de Rodella, Robinet cum fratre eius Blancafort.

Quidam mercator de dicta villa Rodes vocatus George Vigoros, dicitur habuisse et etiam habere penes se omnes libros et scripturas Angeli cum redemptionis potestate sex scutorum scilicet aureorum, quoniam illi barbari non tanti fecerunt scripturas et codices quanti res alias pro indumento. — Et hec quattuor sunt indicia certissima de quibus veridice fuit informatus Angelus per litteras mercatorias et mulionis sui Joannis de Florentia.

Res autem que fuerunt rapte sunt infrascripte, et primo vestes:

Una vestis zambeloti morellj, fodrata dossis vayrorum, larga et longa ad pedes more doctoris. Fuit estimata florenos aragonenses in Cesar Augusta circiter XL.^a Sunt autem illi floreni ad valorem ferme ut Theonicorum de Rheno.

Una vestis zambeloti viridis scuri, fodrata tercianello nigro, itidem larga et longa. Estimata florenos aragonenses circiter XXXV.

Una fodra quasi nova de Mart[oris] finissimis, scilicet una soccha integra de LXXXIJ mart[ore] quam emeram in Senis a bancho Ambrosij Spanocchie, pretij ultra ducatos XL: fuit tunc estimata in Aragona quando ligabatur sarcina, florenorum circiter LX.

Una chlamys sive unus mantellus longus panni nigri finissimi, in quo erat involuta una diplois nova damaschini nigri, ambo estimata florenorum aragonensium XX.

Una fodra cussini plena varijs pellibus pretiosis, partim incisís, ut sunt pro perflis et eiusmodi, videlicet de zibellinis, martoris, foinis, armelinis; estimata ultra florenos aragonenses XX.

Una alia similis fodratura cussini plena camisijs et mutandis, nasi-tergijs, tovalliolis et aliis rebus de seta laboratis ad morem mauriscum vel hispanum, et ibidem erat una berreta purpurea plena varijs iocalibus ut sunt corrigie burse et eiusmodi rerum, quarum omnium non facilis est recordatio. Que summatim fuerunt estimata circiter florenos XXV. Quamquam omnia predicta non fuerunt exstimata nisi viliori pretio ut fit, summa florenorum aragonensium circiter CC.

Libri vero qui sequuntur a tergo non fuerunt estimati quia de eorum pretio ab ipsis mercatoribus non poterat sic recte iudicari ut de vestibus, sed omnia simul in fortune potestate seu Dei voluntate mittebantur. Poterant autem certissimo omnia esse valoris ultra ducatos CCC, absque etiam scripturis et libris quorum nulla exempla habentur.

Omnia opera Ovidij minora in duobus voluminibus vetustissime et pulcherrime scripta ac circumscripta.

Opera Horatij empta Florentie pulcherrime transcripta.

Herodotus et Thucydides, sed Thueydides non completus, traducti per Laurentium Vallam pape Nicolao.

Epistole Plinij CCXXIIII et tres libri Plinij Maioris de medicinis.

Item Ilias Homeri per eundem traducta.

Item Evangeliorum collecta et disputationes per eundem contra interpretes.

Comedie Plauti XX non perfecte.

Lucanus antiquissimus.

Justinus et Plinius de Viris Illustribus in uno volumine.

Martialis antiquissimus, deficiebat primus quaternus.

Donatus antiquissimus in greco et cum eo quoddam opusculum metricum, quod dicebatur esse Virgilij, de Bello nautico Augusti cum Antonio et Cleopatra, quod incipit: Armatum cane musa ducem belloque cruentam Egyptum etc.

Comentum super Tragedijs Senece.

Declamationes Quintiliani et cum eo libro, rhetoricorum quidam libri eiusdem Quintilianj non prius visi.

Duo vocabularia in greco et latino simul.

Servius antiquissimus, deficiebant quedam charte postreme.

Josephus antiquissimus cum Aegysippo in littera que dicitur longu-
barda.

Anlus Gellius cum optimo greco.

Quedam orationes Tullij defensorie antiquissime.

Plereque scripture optime grece in grammatica percipienda et que-
dam orationes Demosthenis et ars metrica grece optima.

Plurimi quaterni ad quantitatem ultra duarum rismarum papyri in
quibus curiose transcripseram hec commentaria passim in Hispania
comperta, videlicet super omnibus operibus Horatij, super Juvenali duo
diversa commentaria optima, et super Terentio, Virgilio, Persio optime
et breviter et super Dante et Petrarcha.

Unus sacculus plenus mearum epistularum electarum, orationum,
sermonum, epigrammatum, aliorumque collectorum grece et latine.

Liber quem ego composui de omnibus religionibus et cerimoniis
nondum editus (¹).

Item liber mirabiliter inceptus de arte augurandi et quid in quoque
augurio veteres censuere (²).

Quinterni chartarum pro scribendo circiter XXX et quedam orna-
menta pro scribendo pulcherrima ut puta thece calamarie barbarico
more, et documenta conficiendi pigmenta omnium colorum.

Unum digestum vetus pretiosum quod portabatur cuidam hispano
studenti Bononie in eodem mea sarcina.

A tergo: Supplicatio Angeli Decembrij infelicissimi ad Illustrissimum
Dominum Ducem Mutinensem.

Dal documento che segue vediamo come il Duca di Milano si
occupò di questa faccenda, incaricandone l'ambasciatore residente
in Francia Alberico Maletta e il figlio Girolamo.

pro Domino Angelo Decembrio

Dominus Albericus Maletta et eius filius studens Dominus Hieronymus
ambo ituri ad Curiam regiam gallorum, informati sunt plenissime de

(¹) Noto all' Argelati che cita: *De Religionibus et Cerimoniis*.

(²) L' Argelati cita: *De arte augurali*.

negocio Domini Angeli Decembrij poete, videlicet de suis vestibus et libris captis a Comite Armeniaci, quoniam ipsi habuerunt alias inventarium omnium rerum sicut stabant in sarcina, in quo continetur similiter de pretio singillatim dictarum rerum preterquam de libris. Sed libri et scripture reddendi sunt sicuti stant, qui adhuc dicuntur esse in potestate cuiusdam mercatoris de villa Rodes dicti Jorge Vigoros redimendi pro sex scutis, pro quibus certe nulla deberet fieri pretij solutio, precipuo si vestimenta erunt dispersa, aut si quepiam ex eis deficientia sint de maiori pretio, immo facienda est satisfactio per dictum Comitem de rebus deficientibus maioris pretij. Sed in hac controversia oportet primo Dei auxilium interesse, deinde procurantium fidelitatem, et precipue etiam in rebus que restituentur quomodo ad Angelum pervenient vel non. Circa que magis incidendum videtur ut aut res ad vestitum aut libri aut omnia simul evanescent. Et sic Angelus in summa rerum suarum desperatione remaneat.

Utcumque igitur inciderit, scribendum est cum omni diligentia dicto Domino Alberico parte huius Illustrissimi Domini Ducis, ut dictam causam procuret in Regia Curia Gallie, tanquam pro suo carissimo subdito familiarique poeta ut est. Et quod mittatur per dictum Dominum Albericum suus nuncius ad comitem Armeniaci qui videatur esse nuncius prefati Domini Ducis una cum litteris ducalibus restitutionem rerum repetentibus. Et recordetur illo nuncius habere secum rerum inventarium sicut dimissum fuit Domino Alberico vel eius filio. Et redeat cum expeditione vel responsis opportunis.

Sunt ergo littere ducales faciende non solum dicto Domino Alberico, verum etiam ipsi comiti et certum facere Dominum Albericum qualiter Angelus de voluntate principis hic in Ferraria stat opperians expeditionem et responsum a Domino Alberico, et sic fiet expeditus.

Item si videtur oportunum quod littere parte Illustrissimi Domini Ducis Mediolani fiant ad illum comitem sive saltem mandatum Domino Alberico de procurando negocio Angeli, scribatur similiter Domino Ugoloto Facini qui provideat.

Nomina armigerorum qui rapuerunt sarcinam dicti Angeli sunt III^{or} principalium, videlicet Pamont de Bos, Cristofol de Rodela, Robinet cum fratre eius Blancafort.

Locus ubi rapuerunt, sive prope, fuit iuxta villam Rodes et dicitur Jorge Vigoros de Villa Rodes qui tenuit et tenet libros.

Tempus fuit in anno superiore de mense maij vel circa quando simul vehebantur alie sarcine ad feriam Lugdunensem in comitiva balle Angeli, que simul omnes rapte sunt.

Mullio qui portabat dicebatur Joannes de Florentia.

Mercator qui mittebat dictus Jayme de Ripas civis Cesaraugustanus in Aragone.

Testis predictæ missionis balle Angeli, Dominus Petrus de Frances juris utriusque doctor predictæ civitatis, ad que inditia nullo pacto poterit contradicere seu obviare ille comes.

Probabilmente questa supplica fu spedita a Milano dal duca di Modena o dall'Ambasciatore Milanese colà residente, e sembra scrittura originale del Decembrio come pure l'istruzione al Malletta che segue.

Come abbia poi avuto fine la cosa non ci è noto, essendo riuscite infruttuose le ricerche fatte a tal uopo nel nostro Archivio di Stato. E vane riuscirono pure altre indagini per trovare qualche cenno relativamente all'ambasciata sostenuta dal nostro Decembrio presso Pio II; notizia che l'Argelati non dice ove abbia attinto e che ci è lecito porre in dubbio.

ADRIANO CAPPELLI.
